Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica
Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 646



Maphei Veggii Laudensis poetæ Clarissimi
Liber Terciusdecimus Additus Duodecim
Aeneidos Libris.

t Vrnus vt extremo vitã sub marte ꝓfudit
Subdũt se rutuli æneæ troiana sequẽtes
Agmina: dehinc supis meriti reddunt̃ honores
Congaudet gnato ac sociis memor ante maloꝝ
Actorum pater æneas. turni inde latinus
Morte dolet. patriæ miserãda incẽdia daunus
Euersæ: & cari deflet pia funera gnati.
Cõnubium instaurat gnatæ lætosq; hymeneos
Rex socer æneæ genero: gens vtraq; pacto
Fœdere pacis ouat: tum nomine coniugis vrbẽ
Instruit: & tandẽ placida sub pace regentẽ
Transtulit æneam venus astra in summa beatũ.
t Vrnus vt extremo deuictus marte ꝓfudit
Effugiẽtem aĩaꝫ medioq; sub agmĩe victor
Magnanimus stetit æneas mauortiꝰ heros
Obstupuere omnes: gemitũq; dedere latini
Et durum ex alto reuomẽtes corde dolorẽ
Concussis cecidere animis: ceu frondibꝰ ingens
Silua dolet lapsis boriali impulsa tumultu.
Tum tela infidũt terræ: & mucronibus hærent:
Scutaq; deponũt humeris: & prælia damnãt:
Insanumq; horrent optati martis amorem
Nec frenum nec colla pati captiua recusant:
Et veniã orare: & requiẽ finemq; malorũ:
Sicut acerba duo quãdo in certamina tauri
Concurrũt largo miscẽtes sanguine pugnã.
Cuiq; suum pecus inclinat: sin cesserit vni
Palma duci: mox quæ victo pecora ãn fauebant
Nunc sese imperio subdunt victoris: & vltro
Q̃ꝫq; animũ dolor altus habet: parere fatent̃
Non aliter rutuli licet ingẽs mœror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi ducis: inclyta malũt
Arma seq: & phrygiũ æneam: fœdusq; precari
Pacis: & æternã rebus belloq; quietem
Tunc turnũ super assistens placido ore ꝓfat̃
Aeneas: quæ tanta animo dementia creuit:
Vt teucros superũ monitis summiq; tonantis
Imperio huc vectos patereris daunia proles
Italia: & pactis ne quicq̃ expellere tectis:
Disce iouem reuereri: & iussa facessere diuũ.
Magnũ etiã capit ira iouẽ: memoresq; malorũ
Sollicitat vindicta deos: en vltima tanti
Meta furoris adest: quo contra iura fidemq;
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies aliis exempla sub æuum
Venturũ missura iouem & temnere frustra
Fas sit: & indignos bellorum accendere motus
Nunc armis lætare tuis: heu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit lauinia paruo
Nec dextra tamẽ æneæ cecidisse pudebit.
Nũc rutuli hinc auferte ducẽ vr̃m: arma virũq;
Largior: atq; omnẽ deflendæ mortis honorẽ.
Sed quæ palantis fuerat ingentia balthei
Pondera transmittã euandro: vt solatia cæso
Haud leuia hoste ferat: turnoq; exultet adẽpto.
Vos memores tamẽ ausonii melioribꝰ vti
Discite bellorum auspiciis: ego sydera iuro
Nunq̃ acies: nunq̃ arma libens in p̄lia moui:
Sed vestris actus furiis defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura æneas se lætus ad altos
Vertebat muros: & troia tecta petebat.
Vna ipsum teucroꝝ omnis conuersa iuuẽtus
Exultans sequit̃: volucresq; ꝑ ardua pedũ vi
Quadrupedes citat: incusans acri ore latinos:
Ignauosq; vocãs: strepit altus plausibus æther
Et q̃uis inhumata rogis date corpora surgat
Ingens cura animo sociosq; imponere flamis
Maius opus tamẽ æneas sub pectore voluẽs
Primũ aris meritos supos mandabat honores:
Tũ pingues patrios iugulãt ex morte iuuẽcos.
Immittuntq; sues: niueasq; in templa bidentes:
Purpureã effuso pulsantes sanguine terram.
Viscera diripiũt: & cæsim in frustra trucidant.
Denudãtq; gregẽ: & flamis verubusq; remittũt
Tum vina effundunt patheris: & dona lyei.
Accumulant: plenis venerant̃ lancibus aras.
Thura ignes adolent. onerata altaria fumant.
Tũ plausus per tecta mouẽt: magnũq; tonantẽ
Extollunt: veneremq;: & te saturnia iuno
Iam placidã: & meliorẽ ingenti laude fatent̃
Mauortẽq; ipsum: tamẽ extera turba deorum
In mediũ effert̃ summis cum vocibus altis
Perlata ad cœlos: ante omnis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum pauca ore dabat complexus iulum
Nate in quo spes vna patris ꝑ tanta laborum
Quem variis actus fatis discrimina duxi
Ecce inuẽta quies: ecce illa extrema malorũ
Erumnis factura modũ acceptissima semꝑ
Atq; optata dies: quã dura in bella vocatus
Sæpe tibi diis auspicibus me meminisse futurã
Iam memini: nũc te q̄primũ aurora rubebit
Crastina sublimẽ rutulorũ ad mœnia mittã:
Dehinc sese ad gentẽ iliacam voluebat: & alto
Pectore verba trahens blãdo est sic ore locutus
O socii ꝑ dura ac densa pericula vecti
Per tantos bellorũ æstus: duplicesq; furores
Armorũ: per totq; hyemes: ꝑ quicq̄d acerbum:
Horrendũ: graue: triste: ingens: ꝑ q̄cq̄d iniquũ:
Infaustũ: & crudele foret: cõuertite mentẽ
In melius: iam finis adest: hic meta malorũ
Stabit: & optatam latia cum gente quietem
Iungemus. dabit inde mihi lauinia coniunx
Bello acri defensa italo cum sanguine mixta
Troianam transferre æterna in sæcula gentem.
Vnum oro socii ausonios cõmuniter æquo
Ferte aio: & vosmet socero obseruare latino.
Scæptrũ idẽ sublime gerent. sentẽtia mentẽ
Hæc habet: at bello vos: & præstantibus armis
Discite me: & pietate sequi: quæ gloria nobis
Cesserit in ꝓmptu ẽ: sed cœlũ & sydera testor
Qui vos tantoꝝ eripui de clade malorũ:
Idem ego sub maiora potẽs vos præmia ducã.
Talibus orabat. variosq; in pectore casus
Præteritos voluens: partamq; labore quietem
Haud paruo: nimiũ ardenti exundabat amore
In teucros: grauibus tandem euasisse periclis
Exultans: velut exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis: & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit: strageq; minat̃.
Tum cristata ales ꝑculso pectore mater

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0645
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG